1547. Ex M. S. Arch: Stan: Aug: Reg:

# Sigismundus Primus Rex Poloniæ Sigismundo Secundo Regi Poloniæ.

79

Serenissime etc. Quod Nos facturos perceperamus Majestatem Vestram certiorem hisce literis Nostris reddimus, quod de Consilio Senatorum Regni Nostri, diem Comitiis habendis ediximus Divæ Elisabethæ Sacrum à Majestate Vestra postulamus, si prævertere non potest saltem ad diem per Nos præfinitum veniat, quanto autem celerius venerit, tanto Nobis gratior est futura. Nam in hac affecta ætate Nostra; quæ nihil aliud, quam perpetuus Morbus quidam est, nihil est quod Nos magis recreare possit, quam aspectum Majestatis Vestræ vehementer cupimus, primo quoque tempore præsentis illius Nobis fieri potestatem. Datum Petricoviæ: 1547.